



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Vrsvla cu Sodalibus VV. & MM. 21. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

. Octob. VITÆ S A N C T O R V M . 517

S. VRSVLA cū Sodalibus VV. & MM. 21. Oct.

C lassem & vela spectas: omnia à castis nivibus candida, omnia à casto sanguine rubentia; vim in his nullum nisi hostem; sed omnes virilis animi; Amazones rectè dixeris, sed quas zona virginie nec victor Attila possit spoliare. Harum omnium ecce dux VRSVLA est, Dianethi Britonum regis filia, ob formæ florem Connano Armoricae Dynastæ desponsa. Et verò jam ecce vela hec classis castissima, & pudori suo timens, non tam in undis, quām lacrymis suis natat: jam Armatricam versus contra vota etiam sua feliciter ferunt, jam obvius Hymenæus ingratum verecundis auribus obstrepit; cùm ecce tempestas suboritur, & arreptas naves in Rhenum aufert, Agripinam Coloniam ejicit. Nimirum adversum hunc alii ventum dicent, at secundum VRSVLA vocat & castitati velificantem. Longum igitur exilium tuis nuptiis præferens, Romanum cum comitatu abit, inde iterum Coloniam. Sed longè grayior sedeuntes procella excipit. Naufragium iterum minitatur virginitati Hunnorum & Alanorum vis. Quid agis pudicitia? obluctaberis tot barbarorum insultibus virginum agmen? Enim verò pulchrum, Superificinus! ne pudor mergatur, omnes in Rhenum animas prosciunt, & ne telo Cupidinis violentur casta pectora, ad barbarorum intentos artus ultrò jugulum offerunt. Ex D. Vrsula vita apud Lippeloum.

Navis tempestate jactata portum querit, & vi-
ri pudici anima expetit solitudinem: ut enim illa
fuitus maris naufragium minitantes fugit, ita
ne mulierum aspectus perniciem afferentes vitia.
Nilbis Orat. 2. adversi. vitia.

S. IOAN-